



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum extrema vnctio sit sacramentum? 1

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

*Utrum extrema unctio sit sacramentum ?*

**A**D primum sic proceditur . Videtur , quòd extrema unctio non sit sacramentum . Quia sicut oleum assumitur ad infirmos , ita ad catechumenos . Sed unctio , quæ fit oleo ad catechumenos , non est sacramentum . Ergo nec extrema unctio , quæ fit oleo ad infirmos .

III  
Tho. in 4  
d. 23 q. 1  
ar. 1. q. 1  
& seq.

**¶ 2** Præterea , Sacramenta veteris legis fuerunt signa sacramentorum nouæ legis . Sed extrema unctio non habuit aliquam figuram in veteri lege . Ergo non est sacramentum nouæ legis .

**¶ 3** Præterea , Secundum Dionysium \* , omne sacramentum est , vel ad purgandum , vel ad illuminandum , vel ad perficiendum . Sed extrema unctio non ponitur , neque ad purgandum , nec ad illuminandum , ( quia hoc soli Baptismo attribuitur ) neque ad perficiendum ( quia hoc secundum ipsum Dionysium \* , pertinet ad Chrisma & ad Eucharistiam ) . Ergo extrema unctio non est sacramentum .

Ex c. 30  
eccl. hier.  
  
\* c. 2. eccl.  
hierar.

**SED** contra , Sacramenta Ecclesiæ sufficienter subueniunt defectibus hominum secundum quemlibet statum . Sed exeuntibus non subuenit aliud , quam extrema unctio . Ergo ipsa est sacramentum .

Cō. Flor.  
sup. unio  
ne lac-  
binorum  
& Arme  
norum in  
doctr. de  
sacr. &  
in decr.  
d. 95 c. 30

**¶** Præterea , Sacramenta nihil aliud sunt , quam quædam spirituales medicinæ . Sed extrema unctio est quædam spiritualis medicina : quia valet ad remissionem peccatorum , vt habetur Iacob. 5 . Ergo est sacramentum .

**RESPONDEO** dicendum , quòd in his , quæ ecclesia visibilibus operatur , quædam sunt sacramenta , vt Baptismus : quædam sacramentalia , vt exorcismus . Quorum est hæc differentia : quia sacramentum dicitur illa actio Ecclesiæ , quæ attingit ad effectum principaliter intentum in administratione sacramentorum : sed sacramentale dicitur illa actio , quæ quamuis non pertingat ad illum effectum , tamen ordinatur aliquo modo ad illam actionem principalem . Effectus

Q 2      246



autem intentus in administratione sacramentorum, est curatio morbi peccati. Vnde Iſa. 27. Hic est omnis fructus vt tollatur peccatum. Et ideo cum ad hunc effectum pertingat extrema vnctio, vt ex verbis Iacob patet, nec ordinetur ad aliud sacramentum, quasi ei annexum: constat, quod extrema vnctio non est sacramentale, sed sacramentum †.

Ad primum ergo dicendum, quod oleum, quo catechumeni inunguntur, sua vnctione non perducit ad peccati remissionem, quia hoc ad baptismum pertinet: sed aliquo modo ad baptismum disponit, vt supra dictum est \* : & ideo illa vnctio non est sacramentum, sicut vnctio extrema.

Ad secundum dicendum, quod hoc sacramentum immediate hominem ad gloriam disponit, cum euentibus a corpore detur: & quia in veteri lege nunc erat adhuc tempus perueniendi ad gloriam, quia nunc ad perfectum adduxit lex † \* : ideo istud sacramentum ibi prefigurari non debuit per aliquod sacramentum sibi respondens, sicut per figuram eadem generis; quamuis per figuram remotas aliquo modo figuratum sit in omnibus curationibus, quae leguntur in veteri testamento.

Ad tertium dicendum, quod Dionysius\* non facit aliquam mentionem de extrema vnctione, sicut nec de poenitentia, nec de matrimonio: quia ipse non intendit determinare de sacramentis, nisi quatenus per ea innotescere potest ecclesiastica hierarchia ordinata dispositio, quantum ad ministros & acti-ones ministrorum & recipientes. Tamen cum per extremam vnctionem aliquis consequatur gratiam, & remissionem peccatorum: non est dubium, quod extrema vnctio habet vim illuminatiuam & purgatiuam, sicut Baptismus, quamuis non ita plenam.

ARTIC. II.

*Utrum extrema vnctio sit unum sacramentum?*

112

**A**D secundum sic proceditur. Videtur, quod extrema vnctio non sit unum sacramentum. Quia vnctio

Iacob 5.  
† Innoc 1  
in ep. ad  
Decentium  
Eugubium.  
Episc. 8.  
\* In 4 d.  
6. q. 2. ar.  
2. q. 2. in  
cor. & in  
in 3 p. q.  
71 ar. 1.  
corp.  
† Hebr. 7.  
\* simile  
quid ha-  
betur in  
1. 2. q. 102  
a. 5 ad 3  
& 3 p. q.  
65 ar. 1.  
ad 4.  
\* loc. cit.  
in arg. 3.  
Infra q.  
30. ar. 1.

vnitas r  
ex eode  
huius sa  
vice & n  
cundum  
mentum  
¶ 2  
culum e  
Sed func  
menta  
¶ 3  
stro per  
tio non  
primam  
enim ali  
extrema  
SED  
mum, it  
plures i  
mi. Er  
tum ext  
¶ Pr  
facta pri  
sacrame  
eramen  
sum est.  
RESP  
per se lo  
cut indr  
ra: vt p  
num, q  
tia: vt  
quod ex  
quod est  
multa ce  
libet sac  
quz fun  
gnifican